

Guami, Gioseffo. Lamentationes Hieremiae Prophetae, una cum Benedictus, et Miserere sex vocum . . . Venezia, Giacomo Vincenti. 1588. RISM G4802.

**Title:**

LAMENTATIONES  
HIEREMIÆ PROPHETÆ,  
*VNA CVM BENEDICTVS, ET MISERERE*  
*Sex Vocab.*  
AVCTORE IOSEPHO GVAMIO LVCENSIS  
*Nunc primum in lucem editæ.*  
[Printer's mark]  
*VENETIIS, Apud Iacobum Vincentium.*

---

M D LXXXVIII.

**Dedication:**

FRANCISCO SVGANAE | NOBIL. TARVISINO | VIRO MVLTIS VIRTVTIBVS |  
ornatissimo, ac omnium, qui virtutibus | p̄diti sunt, amantissimo. | IOSEPHVS  
GVAMIVS LVCENSIS S.P.D. |

*CVM tu vnquam me ne de facie, quidem cognoueris, nullaque merita in te | mea  
unquam extiterint, illud summopere, est mirandum, cur tu aliquot ab | hinc annis tanto  
amore me fueris prosecutus, & adhuc quoque prosequaris, | tantaque te mei memoriam  
conferuare ostendas, vt eam ex animo tuo nul-lum temporis sp̄tium deleturum esse  
videatur. Id quod quidem euenturum | est existimandum, propterea quod, cum hoc  
tempore in has regiones profectus sim, à te benignissime, liberalissimeque ita sim  
acceptus, ac luculentissimi-mè, atque honestissimè tractatus, vt | explicari non possit,  
quām maximo honori, ac delētationi id mihi fuisse senserim, cum tuis suauissimis,  
atque amabilissimis moribus, ac sermonibus frui, mihi licuerit, ex quo factum est, vt te  
semper ardentissimo amo-re complecti, & maxima obseruantia colere fuerim coactus.  
Quare cum multum, diuq; mecum cogitas-sem, quid mihi faciendum esset, vt grato  
animo tuæ amplissimæ in me humanitati, ac benignitati ali-qua ex parte responderem,  
& gratiam tuæ liberalitatis dignissimam referrem, tandem visum mihi fuit | esse  
faciendum, vt quemadmodum cum primum te vidi, me totum tibi dedi, atque tradidi, ita  
nunc hos | músicos concentus, à me compositos, tibi dedicarem, qui quidem primum ad  
Dei optimi Maximi Lau-des, eq; gratias agendas ob eius maxima beneficia in dies  
nobis collata, deinde pro eius miseratione impetranda, vt facinora nostra nobis  
condonet, ac misereatur nostri attinent. Quæ sanè ab optimis chri-stianis quotidie sunt  
facienda, a teq; quotidie fieri audio. Et iccirco, cum te virum grauissimum, & sancti-  
tate, & religione, ac pietate plenissimum perspexerim, necnon musicæ scientiæ  
peritissimum, vt alias | virtutes omittam, quæ in te sunt maximæ, vna cum præclarissima  
tua nobilitate coniunctæ; cui nā hos | meos religiosos labores rectius, æquiusve  
commendare, & consecrare potuissem, quām tibi? qui quidem | cum hos concentus vel  
ipse cantaueris, quod aliquando te facere delecat, vel alios canentes audiueris, | non*

*ne tunc animum tuum maxima delectatione permoueri, ac immensa quadam consolatione perfrui | senties? Ex quo spero fore, vt non solum tu, sed cæteri omnes hos concentus audientes, ad Deum optim. | maxim. amandum, colendū atq; uenerandum, nec non ad diuinissima eius præcepta facienda magis inci-|tentur. Te igitur.*

*FRANCISCÆ Vir præstantissime, rogo atque obsecro, vt si tibi non graue | fuit, immo gratissimum, me tanquam tibi deditissimum seruum in amicitiam, ac fidem tuam recipere, | velis quoque has meas compositiones benignissimo animo accipere, ac eas sub alis tuæ benigitatis, ac sapientiæ tegere, atque tueri, ac efficere, vt quam gratiam tuam hoc tempore his paruis meis meritis, | inire elaboraui, ea apud animum tuum perpetuo conseruetur. Ego vero interea Deum optim. Maxim. | præcabor, ut tibi eam felicitatem, quam tu ipse optas, donet, atque concedat. Vale |*

*Venetij pridie Kal. Martij. M D LXXXVIII. |*

### **Index:**

#### INDEX.

[column 1]

Lamentationes Feriæ quintæ

Lamentationes Feriæ Sextæ

Lamentationes Sabbati S. ad Mat.

[column 2]

Benedictus Primus & Secundus | Chorus à 4.

Miserere

### **Contents:**

Lamentationes Feriae quintae

Incipit Lamentatio Hieremiae Prophetæ Aleph Quomodo sedet sola

Vau Et egressus est Lectionis secunda

Iod Manum suam misit Hostis Lectionis Tertia

Lamentationes Feriae sextae

De lamentatione Hieremiae Prophetæ Heth Cogitavit dominus Lectionis Prima

Lamed Matribus suis dixerunt secunda Lectionis

Aleph Ego vir videns Tertia Lectionis

Lamentationes sabbatis ad Mat.

De lamentatione Hieremie Prophete Heth Misericordiae Domini quia non sumus  
 Aleph Quomodo obscuratum est Le<sup>c</sup>tio secunda  
 Incipit oratio Hieremiae Prophetae Recordare Domine quid acciderit Le<sup>c</sup>tio Tertia  
 O<sup>c</sup>to vocum

Benedictus Dominus Deus Israel Primus & secundus Chorus à 4 [all verses]  
 Miserere mei Deus [all verses]

**Part-books:**

CANTVS	A-B <sup>4</sup>	16pp. Dedication. Index.
TENOR	C-D <sup>4</sup>	16pp. Dedication. Index.
ALTVS	E-F <sup>4</sup>	16pp. Dedication. No Index.
BASSVS	G-H <sup>4</sup>	16pp. Dedication. Index.
QVINTVS	I-K <sup>4</sup>	16pp. Dedication. Index.
SEXTVS	L-M <sup>4</sup>	16pp. Dedication. Index.
SEPTIMA PARS	N <sup>4</sup>	8pp. Dedication. No Index.
OCTAVA PARS	O <sup>4</sup>	8pp. Dedication. No Index.

**Remarks:**

Quarto format. Intonation in Tenor part-book. Copy consulted: I-VEcap. RISM G4802.